Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 483

Quelle:
Copyright:

Baccalaureum illum, qui ad legendum publice *Curſum* ſeu Biblicum ſeu Sententiarum admiſſus eſſet. De Opere denique noſtro notandum, *Petrum* noſtrum, quemadmodum ipſe *Nicolai de Hanapis* O. P. cujus habentur *Virtutum Vitiorumque Exempla e ſacris Literis*, viam inſtitit, ita imitatorem nactum fuiſſe Ordinis ſui Virum *Antonium Rampigollum* in *Figuris Biblior.* et *Aureo Biblior. Repertorio.*

II. *fol.* 253. *Queritur. Vtrum penitenti confeſſato fratri non licenciato ſub iuris forma debita ſit neceſſe confiteri de nouo proprio ſacerdoti delicta preconfeſſa.* Reſpondetur negando. In Actu Academico propoſitam fuiſſe Quaeſtionem adparet ex fine, ubi Autor *Venerabilium Magiſtrorum libramini* ſua ſubjicit. Ad calcem: *Scriptum Treueris per fratrem Johannem Duſſeldorp Anno domini M°.CCCC°.LXI°. ſecundum ſtilum Treueren.* (annos 25. Mart. incipientem) *XX die menſ. februarij qui fuit ſabbato ante Dominicam LX^e. pro tunc Curſorem Inmeritum ibidem.*

III. *fol.* 277. Expoſitio Orationis Dominicae, quae incipit: *Pater noſter — Sciendum quod in Oratione dominica ſunt duo. ſ. oratio et peticio* &c. Ad calcem: *Per me fratrem Johannem de Duſſeldorp ſcriptum tholoſe finitum eſt autem Anno domini M°CCCC°LXII° et die viceſima quarta menſ. aprilis. Johannem* hunc *Freytag* multa ſcribere ſed celare adſeruit *Joh. Trithemius de Scriptt. Eccl. n.* 960. unde et Tractatus duo mox indicati ad eum referri poterunt. Doctorem *Colonienſem* fuiſſe, Priorem Conventuum ſuorum *Moguntiae* et *Argentinae*, *Palaeſtinam*que, quam adierat, deſcripſiſſe, tandemque *Argentinae* 1494. obiiſſe, idem tradit in *Catal. illuſtr. Germ. fol.* 56. Neque verbo plus *Lucius* in *Bibl. Carm. fol.* 45.

IV. *fol.* 301. Eadem manu Themata ſacrarum Dictionum in Dies Dominicas, quibus Quaeſtiones e *Summa Thomae Aquin.* adcommodantur. Ejusdem puto *Johannis*, quem idem *Trithemius* a facundia in declamandis Sermonibus commendat.

CLXXIV. VI.C.16.

Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 28. f. continet *Benedicti Ariae Montani* Hiſpalenſis Librum *Thubal — Cain, ſive de Menſuris Sacris* in tria, ut vocavit Autor, Volumina diſtinctum, deſcriptumque ad verbum cum ipſis ad calcem Cenſorum Adprobationibus ex editione *Cph. Plantini* in Adparatum Bibliorum Regiorum *Antverpiae* 1572. 142

CLXXV. VIII.C.12.

Codex membraneus lat. Sec. minimum XII. Folior. 78. f. eleganter ſcriptus et rubricis diſtinctus, litera quadrata miniata ſic praenotatur: *Incipit Expoſitio Bedę Presbiteri. De Tabernaculo Domini. Et Vaſis eius. Ac Veſtibus* 194